# Ecclesiasticus

multiuolã: ne forte incidas in laqueos
illius. Cū saltatrice ne assiduus sis nec
audias illam: ne forte pereas in efficacia
illius. Virginem ne conspicias: ne forte
scandaliçeris in decore illi⁹. Ne des for-
nicarijs aīam tuã in vllo: ne perdas te
et hereditatē tuã. Noli circūspicere in
vicis ciuitatis: nec oberraueris in plateis
illius. Auerte faciē tuã a muliere com-
pta: ⁊ ne circūspicias speciem alienam.
Propter speciem mulieris multi pierūt
et ex hoc concupiscētia quasi ignis exar-
descit. Oīs mulier que est fornicaria q̃si
stercus in via ab oīb⁹ p̄tereuntib⁹ cōcul-
cabit᷑. Speciē mulieris aliene multi am-
mirati reprobi facti sunt: colloquiū enim
illius quasi ignis exardescit. Cū aliena
muliere ne sedeas oīo: nec accumbas cū
ea super cubitum ⁊ non alterceris cū illa
in vino ne forte declinet cor tuū in illam
et saguine tuo labaris in pditionē. Ne
derelinquas amicū antiquū: nou⁹ enī nō
erit similis illi. Vinū nouū amicus no-
uus: Veterascat ⁊ cum suauitate bibes
illud. Non çeles gloriã ⁊ opes pctōris:
non enī scis que futura sit illius subuer-
sio. Non placeat tibi iniuria iniustorū:
sciens qm̄ vsq; ad inferos non placebit
impius. Longe abesto ab hoīe potestatē
habente occidendi ⁊ non suspicaberis ti-
morem mortis. Et si accesseris ad illum
noli aliquid cōmittere: ne forte auferat
vitam tuam. Cōmuniōē mortis scito
qm̄ in medio laqueorū ingredieris ⁊ su-
per dolentiū arma ambulabis. Scd̄m
virtutē tuam caue te a pximo tuo ⁊ cum
sapientib⁹ ⁊ prudētib⁹ tracta. Viri iusti
sint tibi conuiue ⁊ in timore dei sit t᷑ glo-
riatio ⁊ in sensu sit tibi cogitatus dei et
omnis enarratio tua in preceptis altissi-
mi. In manu artificū opera laudabunt᷑
et principes pp̄li in sapiā sermonis sui: in
sensu vo seniorū verbū. Terribilis est in
ciuitate sua homo linguosus: ⁊ temera-
rius in verbo suo odibilis erit.

Iudex sapiens iudicabit X
pp̄lm suū ⁊ principatus sensati
stabilis erit. Scd̄m iudicē pp̄li sic ⁊ mi-
nistri eius. ⁊ qualis rector est ciuitatis: ta-
les ⁊ inhabitantes in ea. Rex insipiens
perdet pp̄lm suū ⁊ ciuitates inhabitabū-
tur p sensum prudētiū. In manu dei po-
testas terre ⁊ execrabilis oīs iniq̄tas gē-
tiū ⁊ vtilem rectorem suscitabit in temp⁹
super illam. In manu dei potestas homi-
nis ⁊ sup faciē scribe imponet honorem
suū. Oīs iniurie pximi ne memineris: et
nihil agas in operibus iniurie. Odibilis
coram deo est ⁊ hoībus supbia ⁊ execra-
bilis oīs iniquitas gētiū. Regnū a gen-
te in gentem transfert᷑ pp̄ter iniusticias ⁊
iīurias ⁊ cōtumelias ac diuersos dolos.
Auaro aūt nihil est scelestius. Quid su-
perbis terra ⁊ cinis? Nihil est iniquius
q̃ amare pecuniã. Hic enī ⁊ aīam suã
venalem habet: qm̄ in vita sua pīecit in-
tima sua. Oīs potētat⁹ breuis vita: lan-
guor plixior grauat medicū. Breuē lan-
guorē p̄cidit medic⁹: sic ⁊ rex hodie est et
cras morietur. Cum enim morietur homo
hereditabit serpentes ⁊ bestias ⁊ vermes.
Initiū supbie hoīs apostatare a deo: q̄-
niam ab eo qui fecit illum recessit cor ei⁹
qm̄ initiū oīs peccati est supbia. Qui te-
nuerit illã adimplebit᷑ maledictis ⁊ sub-
uertet eum in finē. Propterea exhono-
rauit dn̄s cōuentus malorū ⁊ destruxit
eos vsq; in finem. Sedes ducū supborū
destruxit deus ⁊ sedere fecit mites p eis.
Radices gētiū superbarū arefecit deus
et plantauit humiles ex ipsis gentibus.
Terras gentiū euertit dn̄s ⁊ pdidit eas
vsq; ad fundamentū. Arefecit deus ex
ipsis ⁊ dispdidit eos ⁊ cessare fecit me-
moriam eorū a terra. Memoriam super-
borū pdidit de⁹: ⁊ reliquit memoriã hu-
miliū sensu. Non est creata hoībus sup-
bia: neq; iracundia nationi mulierum.
Semen hoīu honorabit᷑ hoc qd̄ timet
deū: semen aūt hoc exhonorabit᷑ quod
p̄terit mandata dn̄i. In medio fratrum
rector illorū in honore: ⁊ qui timēt dn̄m
erunt in oculis illius. Gloria diuitū ho-
noratorū ⁊ pauperū timor dei est. Non

G 5

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-104/0567
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG